

## PARS PRIMA.

Collocutores,

ADOLPHVS. SENIOR.

**S**Alve venerande senex : cum jampridem è longinquo juxta arborem hanc solum tecum ipso nescio quæ animo volutantem videam, intermittere non possum, quin te adeam, deque causa hujusmodi meditationis inquiram.

SENIOR.

Imò, ò Juvenis, jam demum ea mihi cognoscere licet, quæ in juvenili ætate constituto absona & incredibilia videntur, cum enim literis adhuc operam darem, turgida ambitione inflatus, omnium rerum scientiam mihi arrogabam, nunc demum ætate provecto, diligentiori studio narræ librum illum magnum, & perplexum investigare libet, tamen temporis omnem opportunitatem & diuturnitatem, tanquam præterfluentem aquam, præterlabi, vitæ, & ingemiscam sedulo.

ADOLPHVS.

Hoc vero est, quod admiror in te, ò senex, cum diversas inter nos affectiones conspicio, tibi enim avolare tempus præcox, mihi tardi segnesque videntur ire dies, ea de causa jam dudum in apricum exoptatumque deflectere equum animus gestit campum, & sodalium quærere contronumque sodalitia, quæ temporis tarde gradientis mortem excutiant.

SENIOR.

Video equidem, amice, te liberali facie in ipso ætatis ære constitutum, libet itaque de tuo nomine ac progenie serius inquirere, non enim molestum tibi fore puto, si repta fraudis suspicione, nomen tuum & vitæ conditionem inquiram diligentius.

ADOLPHVS.

Adolphi nomen, & Hassiam patriam mihi esse scias,  
quæ